



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

127 Clerus ad onera concurrere non tenetur, nisi Principis, & subditorum
bursa sit exhausta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

cipiant, ad hujusmodi onera, & impensas
 sustinendas, de quibus optime per Car-
 din. Tolet. *in instruct. sacerdot. c. 21. sub n. 2.*
 Quia tunc, cum pedagia, gabel las, & pas-
 sagia sub quocunque nomine, & titulo exi-
 gant ab advenis, mulionibus, rectoribus,
 equitibus bobus cum plaustris, & aliis
 animalibus transeuntibus, pontes, portus,
 & vias, ut plurimum devastantibus, perci-
 piant; sumptibus communitatum ad hu-
 jusmodi refectiones, & reparationes tenentur.
 Cepol. *de serv. viar. num. 47.* &
 Azor *in d. lib. 5. institut. moral. cap. 13.*
vers. octavo queritur. Contrafacientes verò
 sententiam excommunicationis incur-
 runt; donec integrè satisfecerint, ut *cap.*
non minus. & *cap. adversus, de immunit.*
eccles. quæ per Bull. Cæn. Domini fuerunt
innovata, ut per Cardin. Tolet. in ead.
instruct. sacerdot. lib. 1. c. 29, vers. adverte præ-
tereas in fin. & Sayr. in d. c. 22. n. 11.

127 Tertia, † ut Clerus teneatur concur-
 rere ad onera, in quocunque casu requi-
 ritur, quòd bursa principis, & subditorum
 laicorum fit ad eò exhausta, ut Episcopus,
 & clerus, tantam necessitatem, & utilita-
 tem videntes, existiment ad sublevandas
 communes necessitates, & utilitates, ubi
 laicorum facultates non suppetunt, subsi-
 dia per Ecclesias esse conferenda arbitrio,
 & jussu Pontificis Maximi, *cap. non mi-*
nus, §. quo circa, cap. adversus, ver. verum si,
de immunit. eccles. cap. 1. extravag. comm.
eod. tit. Bero. cons. 31. num. 13. volum. 1. Ce-
phal. cons. 154. num. 22. vol. 2. & Burlat. 130
cons. 16. num. 66. volum. 1.

128 Et quòd, † Episcopi, capituli, ac toti-
 us cleri consensus accedit, Innoc. *in c.*
2. de loc. & conduc. & Abb. in d. cap. non
minus, n. 5. de immunit. eccles. nec eorum

consensus sufficit, quia requiritur etià
 Sedis Apostolicæ auctoritas, sicut in su-
 perioribus omnibus, *c. clericos, laicos §. nos*
igitur, de immunit. eccles. in 7. cap. adversus,
vers. propter imprudentiam & ibi Abb.
numer. 1. & in extravag. comm. & cap. 1.
§. cæterum, eod. tit. Bull. Cæn. Domini
sub num. 18.

129 Ideo † non subsistit opinio Olasch. *in*
suo cons. incipien. cum anno 1554. impres-
so, in decis. Podemont. post decis. 67. vel se-
cundum ult. impress. post decis. 180. num.
21. 23. 24. 25. & 30. & Balb. in cons. sequen-
ti, sub. numer. 29. 30. & seq. Quibus in
locis conantur sustinere, clericos à laicis
cogi posse ad concurrendum in solutione
onerum auctoritate laicali impositorum.
 Nam dicta opinio est expressè contra
 text. ejusdem Bull. Cæn. Domini, *dict. num.*
18. Sayr. lib. 3. cap. 23. num. 1. & 2. & ita
procedit text. in auth. statuimus? quæ re-
format jura antiqua, c. de Episc. & cler.
Bald. in l. ad instructiones, num. 2. & 3. eod.
tit. & cap. si diligenti, de for. comp. nisi
tanra fuerit subita necessitas, quod ad Ro-
manum Pontif. commodè aditus non
pateat: quia tunc sufficeret Episcopi, &
cleri consensus, ita ut, & Papæ
quam priatum ianotescat, confirmandus
cap. generaliter, §. placet, junct. gloss.
in verb. necessitatis, 16. quest. 1. gloss. 1. in
cap. tributum, 23. quest. 8. cap. non minus,
de immunit. eccles. & Azor. eod. cap. 13.
vers. octavo queritur.

130 Vnde prædictis † non concurrenti-
 bus, cogentes clericos ad onerum solutio-
 nem, eisdem contra sacrorum canonum
 dispositionem libertatem ecclesiasticam
 gravant. Quapropter in eandem excom-
 municationis sententiam Bull. Cæn. Do-
 mini